

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

1289 - 1290

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

fueritis, misericorditer condonamus. vobis sub pena suspensionis districtius inhibeamus, ut nullus vestrum de elemosinis sic collatis aliquid accipiat. volumus etiam, ut nuntii predictae ecclesie a nuntiis matricis ecclesie civitatis Argentinensis vel ab aliquibus nuntiis futuris non impediatur. datum anno domini 1289 feria 3 ante  
 5 festum beati Galli.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 4702 or. mb. c. sig. pend. lacso.*

160. *Erzbischof Gerhard von Mainz beurkundet die Summe der dem Straßburger Münster bewilligten Indulgenzen. 1289 October 26.*

Gerhardus dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per  
 10 Germaniam archicancellarius universis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. noveritis nos litteras non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas sigillo curie Argentinensis, ut prima facie apparebant, sigillatas vidisse et legi fecisse summam indulgenciarum ecclesie beate Marie virginis Argentinensi concessarum continentes, videlicet centum et quadraginta carrenas  
 15 et quatuordecim annos venialium cum summa missarum eciam, quolibet anno octoginta milia, eisdem litteris inserta. in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. datum anno domini 1289, 7 kalendas novembris<sup>1</sup>.

*F aus Straßb. Frauenh. A. cop. ch. sec. XV i. Donationsbuch 2 fol. 210 b.*

161. *Bischof Konrad von Straßburg beauftragt drei Canoniker von St. Leonhard,  
 20 den Custos ihrer Kirche dafür vor ihn zu laden, daß er über die Dominikaner den Bann verhängt habe. 1290 Jannar 2 Dachstein.*

..Conradus dei gratia Argentinensis episcopus . . discretis viris . . decano ecclesie sancti Leonardi<sup>2</sup>, Conrado quondam scolastico et Conrado de Kirwiltz canonicis ejusdem ecclesie salutem in domino. mandamus vobis districte precipiendo, quatenus  
 25 citetis peremptorie . . custodem ecclesie vestre, qui se scribit thesaurarium, ut compareat coram nobis feria quarta proxima in Tapkenstein ostensurus nobis rescriptum apostolicum, cujus auctoritate contra fratres ordinis predicatorum excommunicationis sententiam fulminavit. in executione autem hujus nostri mandati alter vestrum alterum non expectet. reddite litteras sigillatas. datum in Tapkenstein in crastino circum-  
 30 cisionis<sup>a</sup> anno domini 1290.

*Jannar 4*

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. 4 sig. pend. Die angehängten Siegel erweisen die Ausführung des Befehls.*

a) T circucisionis.

<sup>1</sup> Ein Vidimus des Bischofs Emicho von Worms über diese Urkunde vom Jahr 1297 findet sich im  
 35 Donationsbuch 2 fol. 204 b.

<sup>2</sup> Nach der Siegellegende Johannes.